



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. Iosephi Speranzæ, Congregationis Oratorii Fanensis
Presbyteri, Scripturæ Selectæ**

Speranza, Giuseppe

Coloniæ Agrippinæ, 1659

1. De gustu, quem Deus percipit ex Oratione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44265



SCRIPTURÆ SELECTÆ.

DE ORATIONE.

De gustu, quem Deus percipit
ex oratione.

PVNCTVM I.

Orantis suppli-
cis vox aures
Dei mirum
oblectat.



E eo, quod summo-
perè delectat, dici
solet: In hoc sum-
totus: meos in hoc
sensus omnes, hic
aures, nares, ocu-
los, ac palatum ha-

Cant. 2.
Hac & id ge-
nus alia me-
taphoricè apud
Ancel. l. de
vest. & mèbr.
& actib. Deo
atrib.

beo. Eapropter in Cant. (ut ab aurbus
exordiamur) Sponsus ait: *Sonet vox tua
in auribus meis. vox enim tua dulcis, & facies
tua decora.* Ubi gustum, quem Deus ex
oratione percipit, declarat: *Sonet vox tua
in auribus meis*, hoc est, tantum abest, ut
mihi orando, ò anima, molctiam exhibeas,
ut potius me rotum confortes, to-
tumq; recrees. Oratio tua concentus
mihi est. symphonia suavis: *Vox enim tua
dulcis.* Chald. *Quoniam vox tua suavis
est in oratione.*

Et illig os vel-
ut suspensum
habet.

Cant. 4.

Adeo suavis est, ut non modò Angelis,
sed & ipsi Deo (sicut dici solet, si rramen
dicere fas est) os apertum detineat. *Sicut
turris David, collum tuum*, (oratio id est,
Speranza Scriptura selecta.

A secundum Nyssenum,) *qua adificata est cū
propugnaculis.* Alii: *In aceruum orium, sci-
licet, concinentium.* Alii: *Ad suspenden-
da ora.* q. d. adeò suavis est concentus, ut
audientes conticescant, intentaque, ac
penè aperta ora detineant.

Nican. hom. 7.
in Cant. Alij.
Cant. 4.

Dicam ampliùs: *Vulnerasti cor meum, Illius cor vul-
sor mea, sponsa, vulnerasti cor meum, in uno nerat, transi-
oculorum tuorum, & in uno crine collitui. git, fasci-
Symmach. Excitasti mihi cor. Heb. Trans- nat, &c.
fixisti cor meum. Sept. Stupescisti cor meum. Symmach.
Pagnin. Absulisti cor meum; vel, Excorda- Hebr.
sti me. Alii; Fascinasti cor meum. In uno Sept.
crine colli tui. Heb. E collis tuis. Sept. In u- Pagnin.
no crine collorum tuorum. Allusio ad con- Alti.
centum simul orantium, qui præ dulce- Heb.
dine cor abripiunt. Dulcedine cor ab- Sept.
ripiunt. Dulcissimæ quidem metaphoræ. Tres Patres
Excitasti mihi cor, id est, hoc tuo dulci, ac in Caten.
suavi concentu, ò Sponsa, cor meum quo- Ambros. sev.
dà quasi somno, ac veluti tædio, seu mœ- 11. in Ps. 118.
rore ob mundi scelera pragravatum, ex- Cassiod.
citasti. *Quia vulnerasti cor meum*, hoc est, Gregor.
canorâ hac tuâ, dulcisonâq; voce ad a- Beda.
matorium me usq; languorẽ adduxisti, Ricard.
ac penè dixerim, exanimasti, unde non ibid.*

solùm latus unum hujusce cordis vulne-
rasti, verùm etiâ utrumq; dulciter trans-
fixisti. Sic Hebr. *Transfixisti cor meum.* Neq;
id so-

A

id so-

id solum, sed ulterius oratione tua adeo rapuisti cor meum, ut nulli penes alteri negotio, quam ipsi orationi valeat intendere, veluti sim ad caetera omnia stupidus. Quo respexerunt Sept. dum transfulerunt: *Stupefecisti cor meum.* Ad haec, *Fascinasti cor meum,* hoc est, non solum stupefecisti; sed me etiam quodammodo fascinasti, hujusce videlicet orationis tuae philtro, ceu amatorio poculo, aut pharmaco amorem conciliante, eoque adeo potenti, ut extra me quodammodo fieri videar, atque ea interdum concedam, quae frigidis praesertim, ac me unice non amantibus, praeter Dei dignitates, concedi videantur. Quid plura? *Abstulisti, rapuisti cor meum, excordasti me,* cor est visceribus mihi evulsisti. Optime quadrant Catharinae Senensis. Quibus certe variis dicendi formis, ac phrasibus, atque Hebraice vocis translationibus perspicuum redditur, cor Dei in oratione tanta capi delectatione, tanta rapi dulcedine, ac gustu, ut verba, quibus id satis exprimitur, omnino deficiunt.

S. Catharina Senensis excordavit Christum.

Pf. 85.
D. Aug. ib.
Aur. apud Lorin.
Pf. 33.
Salv. l. 2. de vero jud.
Hugo Car. ib.
Orationibus infigit Deus aures, & auribus infigit eas.

Orare voluntium etiam preparatione aurali arrectis auribus.
Pf. 9.

Chalad.

Hinc David: *Auribus percipe, Domine, orationem meam.* August. *Auribus infige, Domine, orationem meam,* i.e. non exeat de auribus tuis oratio mea: fige eam ibi in auribus tuis. Alii: *Intende ad cantica mea.* Sic alibi: *Aures ejus* (ambae, paratae, attentae, non solum ad preces, sed) *in preces eorum;* Ita Salviae, & Hugo Card. q. d. praedulcedine & gustu, non solum suis in auribus nostras infigit orationes; verum etiam nostris in orationibus suas ambas infigit aures.

Si Princeps adeo Musicam captus esset, ut, non solum Musicam, Symphoniamque consonantiam libenter audiret; verum (& quod molestissimum est) ipsam instrumentorum preparationem, illud temperare, ac remperare certe diceremus: Princeps hic insaniat, ac extra se exit ob Musicam. O Deum, si dicere fas est, extra se positum, aut certe captum oratione! cum non solum ipsam bene contentam orationem, sed preparationem etiam libenter exaudiat: *Preparationem cordis eorum audivit auris tua;* hoc est, non solum voces ipsas jam consonas pergratis auribus auscultas, verum ipsamet desideria, & cordium preparationem, qua veluti ad orationis melodiam eadem preparatur.

Preparationem cordis eorum audivit auris

tua. Chald. *Aptabis cor, arripesque, aurem tuam ad orationes eorum.*

Ut ob id omnem accentum, omnemque syllabam audire vult? Cum Tobias, & omnes syllabas, Sara orassent, dicit sacer Textus: *Eodem neque, singula tempore exaudita sunt preces amborum in conspectu gloriae summi Dei, & missus est Angelus audivit.* *Domini Sanctus Raphael, ut curaret eos am-* *tantium verba* *Tob. 3.*
bos, quorum uno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatae. Duo hic notanda: primum, audientia in Aula regiae: *Exaudita sunt preces amborum in conspectu gloriae summi Dei;* qui in throno, ac majestate se ponit, ut nuncios orationum excipiat, ut hoc pacto ostendat, quanti faciat preces. Deinde gustus audiendi ad verbum totam orationem: *Quorum uno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatae, sc. ad verbum;* singula etenim verba praegustu summa exaudit attentionem.

Hoc intelligens David sanctam quamdam emulatione dicebat: *In conspectu Angelorum psallam tibi,* hoc est, juxta Chrylostomum: *In conspectu Angelorum psallam tibi,* e regione, alternatim, duobus choris conabor canere, inquit Chryseum Angelis, & cum eis contendere, &c. Canant ipsi angelicis suis vocibus in caelesti choro, ago hic in terris meliori modo, quo potero, ac novero: *In conspectu Angelorum psallam tibi, adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo.* Ubi egregie Campensis: *Et celebrabo nomen tuum propter benignitatem, qua usus es erga nos, & constantiam tuam in servando promissis: multo namque, plura, quam tu verbis tuis promiseras, praestitit nobis augustissimum illud nomen tuum.*

Ad haec & alia addam. Deus adeo delectatur oratione nostra, ut quodammodo hanc praeferre videatur consuetudine Angelorum orationi: statim n. ac incipit audire voces orationis animae, adhuc in terris posita, ipsi choro Angelorum, suaeque musicae regiae imperat silentium. Animalia illa volitando musicos edebant modos, & quasi sonum sublimis Dei: *Cum a. fieret vox supra firmamentum, stabant, & submittebant alas suas.* In Apoc. *Et factum est silentium in caelo, quasi media hora.* Nunc qui fieri potest, ut cantores tam eximii jubeantur silesere, ac tandiu quiescere? Paulo inferius sermo est de oratione: *Angelus venit, & stetit*

Pf. 137.
Chryst. ib. & homil. in laud. eorum qui conparuerunt in Eccl. c. 2.
Ezech. 2.
David velut certatim cantabat Dei laudes, contendens cantu cum Angelis.
Camp. in Paraph.
Orationibus hominum vehementius oblectatur Deus, quam cantu Angelorum.
Ezech. 1.
Apoc. 8.

Petit ante altare, habens thuribulum aureum, A
Et data sunt illi incensa multa, ut daret de
orationibus Sanctorum. Sermo est de placu
animarum oratione? Silentium, silentiū:
 quod non solum cū Greg. contemplationis quietem intelligere possumus, quā intrā se, tanquā in quodam cælo, surgentes cogitationū tumultus anima compefcit, quoddāmque silentium Deo facit, etsi in hāc miserā vitā non diuturnum, sed quasi semihoræ sit; verū etiam ad laudem, orationisque præstantiam, pro captu nostro possumus intelligere, sic ut Deus, quo attentius, ac dulcius audiat, præcipiat & ipsis Angelis silentium.

Sonet ergo, sonet vox tua in auribus meis.
 q. d. tota orationis melodia intret, ac personet in auribus meis, & nemo obstrepat.
Vox tua dulcis.

Hinc est, quod si quandoque orans obdormiter, suis ipse Deus manibus oculos, quod vigilet, adaperiat. *Anticipaverunt vigilias oculi mei, id est, ut interpretatur Hieron.* Antequā aliquis vigilaret, ego vigilabam: sciens, quam delecteris oratione, ante omnes surgebam ad te laudandum. Heb. est: *Tenuisti custodias.* id est, palpebras oculorum meorum. q. d. Non es passus, ut somnus ab oratione me abduceret: oculos sopore gravatos tuis ipse manibus apertos tenuisti; vel summo mane, ut orarem, mihi oculos tuis manibus aperuisti.

Ut quæ dicta sunt, iterū augeantur, addo, quod aded delectatur oratione Deus, ut quod aliquis oret, illū in varias posita vè conjiciat tribulationes, unde orans liberetur. *Erat navis in medio mari, navicula iacchabatur fluctibus, erant proinde discipuli in vitæ discrimine. Et volebat eos, ait Evangelista, præterire.* Mirum, in tantā necessitate præterire! Domine, ubi pietas? Inquit Augustin. Christum orationem voluisse. Volebat præterire, inquit, ut clamorem eliceret, cui subvenire oporteret. Domine, siste, veni, adjuva nos. Rogari vult, gustat obsecrari.

Ita Bern. Aliquando, inquit, *simulabat se longius ire, non quia hoc volebat, sed volens au dire: Mane nobiscum, Domine, quoniam*

niam advesperascit. Rursum aliā vice volebat eos præterire, nec tunc quidem istud volebat, sed magis probare fidem, & elicere precem.

¶ Delectatur itaque oratione, adeoque ut nihil suavius. Testatur id viginti quatuor illi seniores, qui optimè Dei gustum norunt, quippe qui semper adstant corā eo, & sciunt hanc esse incensum, hanc odorem, qui divinas ejus nates oblectat. Hos vidit Ioānes habentes phialas aureas, *plenas odoramentorum, quæ sunt orationes Sanctorum.* Ad quid aliud phialæ istæ, nisi ut ex his gustet Deus, ut nimirum odorifere amphoræ ad nates Dei fœtore peccatorū admoveantur? Væ musdo, nisi Dei natus applicaretur phialæ istæ aureæ! Et benè aureæ: quia iusti ex charitate, quam habent, Deum pro omnibus indefuenter orant; unde plenæ dicuntur, quia scilicet ex plenā charitate pro iustis, & iniustis, pro amicis, & inimicis exorant.

Ex suavitate orationis est illud in Exodo: *Assebit incensum super eo. Avaron suavitatis fragrans mane. Ecce. Vret thymiamma sempiternum coram Domino.* Altare hoc thymiammatis, Heb. *Altare suffitus incensi,* est cor iusti, unde suavissimus efflat odor, Deum ipsum oblectans, & confortans.

Post tot peccatorum sordes, & graveolentias, *Obtulit holocaustum Noë, odoratusque est Dominus odorem suavitatis.* Heb. *Reac. Alij. Anicoac, odorem quietis.* Alii à radice *Nacod, descendere odorem descensus,* quasi Deus, ut nostro more loquamur, ad odorem illum suavissimum, velut apertis naribus captandum descenderit. Oratio, ut sæpè dicitur, *Oblatio est suavissimi odoris Domino.*

Et oblatio iusti impinguat altare, & odor suavitatis est in conspectu Altissimi, seu ut legit Clem. Alexandriaus: *Odor suavitatis. Deo est cor, quod glorificat Deum.* Subditque: *l. 3. pedag. Hæ sunt coronæ, & sacrificia, & aromata, & flores Dei: hæc oblatio spiritui præbet solatium, dum peccati fœtor eum quasi in syncope adigit &c.*

Hinc de matris suæ lacrymis August. *Et de sanguine cordis matris meæ per lacrymas ejus diebus, ac noctibus sacrificabarur*

A 2 barur

D. Greg. 30.
mor. 24.

Psal. 76.
D. Hier. ib.
Hebr.

Orantium, si dormicuriant, oculos Deus aperit.

Matth. 24.
Deus nos sape facit miseros, ut habeat supplices oratores.
August.

Bern. in Can.
serm. 74.
Luc. 24.

Apoc. 5.

Orationes omni incenso gratiores Dei nati.

vibus.

Exod. 30.

Hebr.

Genes. 8.

Hebr.

Reac. Alij.

cap. 12.

August. l. 5.

Conf. c. 7.

batur tibi: ne scilicet peccatorum meorum gravevolentia te ad inacidiam, & ad nauicam promoverent.

Orationibus pascuntur oculi Dei. Cant. 2.

Cant. 4.

Quinta edit.

Hier.

Psal. 101.

Abelē sacrificantem, & orantem cum beneplacito Deus respexit.

Genes. 4.

Aquila.

Symmach.

Chald.

¶ Nec solum oratio divinas aures, ac nares oblectat: sed oculos ipsos præterea rapit, & propterea in Cant. subditur: *Et facies tua decora.* Nulla etenim divinis oculis pulchrior orantis facie: hæc oculos Dei rapit. *Quam pulchra es, amica mea! oculi tui columbarum, absq; eo, quod intrinsecus lateat.* Quinta editio, *Præ multitudine pulchritudinis tuæ.* Hier. *Pulchritudine suâ silentium, & stuporem inducentia.* Sic: *Respexit in orationem humilium.* Istud respicere hoc loco, est affectu quodã particulari, nimirum gratuito, intueri. *Respexit Dominus ad Abel, sacrificantem scilicet, & orantē: quo affectu? Aquila, Consolationem accepit.* Symmach. *Delectatus est.* Chald. *Suscepit eum beneplacito.*

Moris est, ut ei, quem libenter videmus, dicere soleamus: Omnibus horis accede, quia libenter te video. Hinc ait Chryl. quodd semper ad Deum accedere possumus. Non, inquit, assistit miles, qui expellat, vel satellites, qui tempus interrumpat. Non est, qui dicat: Non est tempus audiendi, veni postea, sed quando veneris, stat audiens, etsi tempore gaudij, etsi tempore cœnæ, etsi nocte intempesta, semper eum potes interpellare, neq; opus janitoribus, qui te introducant.

Chrysin Ps. 4.

Orare volentes semper parati audire inveniant Deum.

Homil. 4. de poen.

Idem: Si quando exorare homines oportet, janitoribus prius occurrere convenit, & longã viã sepius abire, in Deo nihil est tale, sine mediatore exorabilis est, sine pecunia, sine impensâ precibus aſſuit. Itē: Homines deprecantes sæpè formidamus, ne quis inimicorum perceperit, aut rem quispiam intellexerit; in Deo autem nihil est tale. *Intra, inquit, cubiculum tuum, & clauso ostio ora Patrem tuum.* q. d. quãdiu volueris, audientiã habebis, temp^s breve nõ præſcribitur, nemo foris est, qui te extrahat, si tu ipse ostiũ non aperueris, intus potes esse, quãdiu volueris, libet è loquere, quia Principis autē habes, nemo foris observat, nemo audit.

Matth. 6.

Pf. 118. Græc.

Intra postulatio mea in cõspectu tuo. Græc. *Intra dignitas mea cor amte.* q. d. ipsa orandi voluntas dignum me tuã audientiã facit, & ingredi possum pro meã voluntate.

A Sic ibi Glossa: Oratio quasi quædam persona ad Deũ intrat, & mandatum peragit, quò caro pervenire nequit. Pannof. *Oratorem pan-* a diviniã audientiã non excluditur, vel in- *noſum non fa-* datus facco, quò oret, potest aulam Regis *ſtidit aut repel-* ca lectis intrare. *Qui mollibus non ve-* lit Deus. *Esther 4.* ſtiuntur, & centur à Principum aulis cum paupere Mardochoo, à Dei regiã non arcentur.

Exercit apud Chryſoſtomum admittatio gustus, quo Deus excipit orationem. Quisnam Princeps, ait, pecuniam: exſolvit ei, qui se rogat, ac supplices libellos porrigit, & sumi beneficii loco ducit, ad ipsam audientiã si possit admitti? O Deum Principem liberalissimum! ò Deũ precum amantem, qui redderet, qui se rogat! *Et Pater tuus reddet tibi;* ac si ipse beneficium non faceret, sed acciperet.

Nunquã ob id Dominus noſter moleſtiam ſentit, dum obſecratur: quin is ſolummodo, qui nõ orat, Deo moleſtus eſt. Tantũ abeſt, ut orans, iterumq; orãs gravis ſit, ut is ſolum, qui nõ orat, Deo moleſtiam exhibeat. Dixerat ille: *Non petam;* qui mox audivit: *Moleſti eſtis* (non petentes) *& Deo meo.* Ita Iſidor. Moleſtus diviti parenti eſt filius, qui ſibi neceſſaria à patre non petit.

Hinc liberè, & confidenter, quãcumq; horã, absq; eo, quodd unquã oraturis eſtium claudatur, intrare poſſumus. *Et nocte,* inquit David, *& non ad inſipientiam mihi.*

Neq; u. timebat, ne excitarer dormientem, quem ſeiebat ſemper vigilantem, inquit Ambr. *Media nocte ſurgebã ad conſtitendũ tibi, lavabo per ſingulas noctes lectũ meum.* *Quis veſtrum habebit amicum, & ibit ad illũ media nocte?* Alius (ait Ambr.) præcepti locus eſt, ut omnibus momentis, nõ ſolũ diebus, ſed etiã noctibus oratio deſeratur.

Certè non tam facilis acceſſus ad mundi Principes: *Omnes ſervi Regis* (inquit Eſth.) *& cuncta, quæ ſub ditione ejus ſunt, norunt provincia, quodã ſive vir, ſive mulier, non vocatus interioriã atrii Regis intraverit, absq; ullã cõſultatione ſtatim interſciatur.* Hucusq; difficultas ad eundem Reges. Sed Deus nunquam hujuscemodi tulit leges, ſemper audire paratus, quocumq; tempore quacumq; horã fores ejus ingredi cupientibus latiffimè patent.

Quã

Gloſ. ibid.

Oratorem pan- noſum non fa-

ſtidit aut repel- lit Deus.

Esther 4.

In Matth.

Orationes

Deus tanquã

beneficia ac-

ceptas.

Orare nolens

Deo moleſtus.

Iſa. 7.

Iſidor.

Ambroſ. l. 7.

in Luc.

Eſth. 4.

Quam bene innotuit illis orationi vacanti- bus, quam amet Deus quocumque tē- pore exorari! Cum Pharaō dixisset ad Moyſen & Aaron: *Orate Dominum, ut auſerac ranas à me, & à populo meo.* Dixit Moyſes Pharaoni: *Conſtitue mihi, quando deprecer pro te, & pro ſervis tuis, & pro populo tuo.* Ubi Gloſſ. Ut ſcilicet noſtrâ oratione, nō fortuito caſu intelligantur receſſiſſe, conſtitue mihi tempus, ut quocumque tempore nos orare volueris, intelligas vim orationis, noverisque, Deum ſemper paratum, ut exaudiat.

Exod. 8.

Gloſſ. ibid.

Orantium lacryma palato Dei ſuarviſſime.

Pſal. 55.

Pagn.

Camp.

Lacrymas Deus in libro, in ſacculo, in utre, & utero ſuo habet re- poſitas.

Geneb.

Alii.

Viſtab.

D. Hier.

Chald.

Cant. 2.

Hebr.

Quod ſi aliquando ex affectu orationis aliqua erumpant lacrymæ, ut illis deleſtatur Deus ut paſcitur, ut divino illi palato lapidus panis lacrymarum! ut faucibus ejus vinum ſuave! *Poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo.* Sunt hęc mille dulcedines, quæ Dei dulcedines explicant. *Poſuiſti lacrymas meas in conſpectu tuo,* oculo ſcilicet benevolente, & amante lacrymas intueris. Quod amamus, libenter intuemur, inquit Beda: quod execramur, ab eo oculo avertimus, q. diceret, adeo deleſtant te lacrymæ meæ in oratione profuſæ, ut eas veluti verus amans, præ oculis ſemper, & è conſpectu poſitas habeas.

Deum numerare lacrymas, ſignum eſt guſtus earum. Pagn. *Poſuiſti lacrymas meas in libro tuo.* Campen: *In libro rationum tuarum,* ne ſcilicet vel lacryma non ſit numerata, ceu ſolutio, & ſatisfactio. Geneb. *In ſacculo tuo,* veluti res pretioſas. Alii clariuſ: *In theſauris tuis,* quaſi Deus tanti faciat lacrymas, ut eas in ſuis theſauris recondat. Alij: *In ventre tuo,* vel *Intra te,* quod ſignificat, quàm grata ſint, quæ in Dei viſceribus reponantur. Vatab. *In lagunculam tuam,* ceu odoriferam aquam. D. Hier. & Paraph. Chald. *In utero tuo,* & pro lacrymas, transferunt lacrymam: *Poſuiſti lacrymam meam in utero tuo.* Quàm ſua- vis guſtui Dei vel lacryma una, ut in utre, ceu vinum pretioſum, reſoſita ipſum Deum confortare valeat. Lacrymæ ſunt vinum ſoli ori Dei reſoſitum, ac reſervatum.

Hinc & in Cant. *Tempus putationis advenit,* hoc eſt tempus lacrymarum ſarmentorum advenit. Hebr. *Tempus cantionis advenit:* ſarmenta plangentia ſymbolum ſunt

A lacrymarum, quæ Deum exhilarant: Vinum, quod exhilarat Deum, & homines.

Et in Exodo ob hoc appellantur primitiæ: *Decimas tuas, & primitias non tardabis offerre.* Heb. *Lacrymas tuas non tardabis reddere.* hęc namq; veluti amoris primitiæ in oratione ſunt offerendæ Deo, quas præ guſtu videtur non poſſe expectare, unde ait: *Non tardabis reddere.* Jam ſcimus guſtum primitiarum: *Et erit tanquam temporaneum, quod cum aſpexerit, devorabit illud.* Sept. ubi nos legimus: *Decimas tuas, & primitias tuas, legunt: Primitias torcularis tui.* Dicent id eſſe cor, quod calcatum, ac preſſum per oculos lacrymas exprimit in Dei potum.

Exod. 22.

Hebr.

Lacryma

sunt amoris

primitia.

Lippom.

Lyr. ibid.

Iſa. 28.

Sept.

B Hoc Angeli intelligentes, ad uberiores exprimendas lacrymas, Magdalenam interrogabant: *Quid quaris?* ut etiam Dominus ipſe: *Quid ploras?* ut ſcilicet, magis magiſque ploraret, dum conſolatore ſublato diceret: lacrymas nimirum ir- ritabant, ac provocabant præ guſtu lacrymarum.

Dum Samuël ageret de reconciliando populo cum Deo, populus peccatorum pœnitens, ut aliquid Deo pergratum faceret, *Convenerunt,* inquit ſacer Textus, *in Maſſhat, hauſeruntque aquam, & effuderunt in conſpectu Domini.* Difficilis explicata eſt hæc effuſio: Sed Chaldæus difficultatem enodat. *Hauſerunt,* inquit, *aquas è puteo cordis ſui, & abunde lacrymatis ſunt coram Deo pœnitentes.*

Matth. 27.

Lacrymas

Magdalenæ

Chriſtus, &

Angeli irri-

tabant.

C magiſque ploraret, dum conſolatore ſublato diceret: lacrymas nimirum ir- ritabant, ac provocabant præ guſtu lacrymarum.

Dum Samuël ageret de reconciliando populo cum Deo, populus peccatorum pœnitens, ut aliquid Deo pergratum faceret, *Convenerunt,* inquit ſacer Textus, *in Maſſhat, hauſeruntque aquam, & effuderunt in conſpectu Domini.* Difficilis explicata eſt hæc effuſio: Sed Chaldæus difficultatem enodat. *Hauſerunt,* inquit, *aquas è puteo cordis ſui, & abunde lacrymatis ſunt coram Deo pœnitentes.*

1. Reg. 7.

Chald.

D Ita Greg. *Quid eſt aquam haurire, niſi de profunda animi pœnitentis confuſione lacrymarum fluenta producere?* Et Beda: *Hauſerunt* (inquit) *compuncti de imo pectore fontem lacrymarum, quem effunderent, quaſi gratiſſimum Deo libamen per oculorum vaſculâ proferendo.* Et hic verus eſt ſenſus, ut infra patet, eodem capite, in quo, ubi nos legimus, *Et requieſcit omnis Domus Iſrael poſt Dominum.* Hebræus legit, *Planxerunt;* vel *ingemuerunt omnis Iſrael poſt Dominum.*

Greg.

Beda.

Lacryma-

rum ſectu

tanquam

aquarum hauſta

refrigeratur

Deus.

Hebr.

In eisdem libris orans, & offerens holocauſtum pro populo Elias, circa altare fudit aquam pro lacrymis. Sic interpretes. Mox ignis totum lambendo, aquam ſcilicet, & ſacrificium abſumpſit.

Et inflammavit Dominus ſuper Abel. Sic

3. Reg. 18.

Elias aquam

pro lacrymis

fudit.

Genſ. 4.

Theod.

A. 3) juxta

*Lachrymas
Dei lingua
lambit.*

1. Reg. 23.

*Lachrymarum
vinum inebriat
Deum.
Isai. 16.*

*D. Hier. in
hunc locum.*

*Cant. 6.
Hebr.*

Chrysol.

Luc. 7.

*Cant. 4.
Alij.
Oculus la-
chrymans
vendicat sibi
cor Dei.
Lachryman-
tibus oculis
quantum glo-
rietur Deus.*

juxta Theodotionem, Abel interpreta-
tur *luctus*, ut intelligas Dei gustum, qui
veluti lingua ignea accurrat, ut lacrymas
lambat, ac absumat.

Hinc iterum in libris Regum intelli-
gens David, quam pascatur Deus, quam-
que delectetur lacrymis, Bethlehemiticam
illam aquam *noluit bibere, sed libavit eam*
Domino, in quam rem interpretes ajunt,
factificasse symbolum lacrymarum. *Liba-
vit*, q. d. non bibamus nos pro nobis, vel
pro nostris non lacrymemur: aquam la-
crymarum totam offeramus Domino: *Et
libavit eam Domino.*

O dulcissimas aquas ipso neectate dul-
ciores! *o vinum divini oris! o vinum*, si
dicere fas est, ipsum Deum inebrians! *In-
ebriabo te lacryma mea*, dixit Propheta, ut
juxta literam, lacrymarum copiam pro-
fundendam, & magnitudinem vastitatis
illarum urbium testantem declararet. O
quam alio sensu haec Prophetae verba ac-
commodare possumus nostris, quas pro-
fundimus Deo, lacrymis, quippe quae
Deum inebriant!

*Averte (lacrymabundos illos) oculos
tuos a me, quia ipsi me avolare fecerunt.* Heb.
Superbire fecerunt, vel ipsi me extulerunt. La-
crymae quasi extra se Deum faciunt, ita
dixerim, divinos perstringunt oculos.
Poma in amphora majora apparent, at
peccata in lacrymis aut minora, aut nul-
la sunt: in ipsis etenim minuuntur, consu-
muntur, ac evanescent.

Chrysol. ad illud: *Et altera Maria, be-
ne altera*, quia tot in lacrymis jam ipsa
peccatrix non erat, sed altera.

Sic ad Simonem: *Vides hanc mulierem?*
q. d. Vides novam pulchritudinem, jam
veteri, ac profanam lacrymis prorsus dele-
ta: O lacrymabundos oculos, qui Dei
oculos rapiunt, quique cor Dei rapiunt!
Vulnerasti cor meum. Alij praeter alios:
*Vendicasti tibi cor meum in vino oculorum
tuorum*; hoc est, in vino eorum munere,
non tam videadi, quam fiendi.

Deus, ac Dominus noster adeo capi-
tur lacrymis, ut in lacrymantem faciem
oculos conjiciat, & quasi gloriabundus
convocet, qui pulchritudinem intueat-
tur: *Vides hanc mulierem? vides novam,*

ac miram, hanc pulchritudinem? O quam
haec dicere poterat: *Posuisti lacrymas meas* Psal. 55.
in conspectu tuo; vel cum Hieron. *In narra-
tione tua, & sileo ego, tu ne silens lacrymas
meas.* Quasi Deus gloriatur, enarretque
lacrymas. Sed ubi pristinae foeditates? ubi
scelera peccatricis? In lacrymis non appa-
rent, in lacrymis nulla sunt, deleta sunt.
Delevi ut nubem iniquitates tuas. Isai. 44.

Lacrymis meis stratum meum rigabo. Psal. 50.
B Alij: *Lacryma mea stratum meum liquefa-
ciam.* Sit quantumcunque consuetudine
duratum, vel lacryma, quae verè ex corde
exeat, liquefaciam. Heb. *Natare faciam.*
C Quid? lacryma mare est? sic peccata tam
gravia, vel in lacrymam, ceu in mare, sub-
mersa sunt.

Chrysol. de lacrymis David peccatum
suum desentis: *Quid oculis illis, inquit,
formosius, perpetuo lacrymarum imbre,*
C & quasi margaritarum decore ornatis!
Oculos Dei oblectant lacrymae, & pra-
suavitare ipsum inebriant: quin adeo po-
tentes sunt, ut non solum lacrymae, sed la-
cryma inebriet. *Inebriabo te non lacrymis
meis, sed lacryma mea.* q. d. vel sola la-
chryma ad inebriandum sufficit.

Quid è Dei manibus non extrahes, si
hoc ei vinum propina veris? *Vide lacryma
tuam, &c.* Mox quindecim concessit an-
nos, &c. Vinum hilarum, ac liberalem,
immò prodigum hominem facit. Qui
omnia vult, inebriet, & accipiat. Conque-
rebatur Deus: *Vitium non inebriasti me.* Isai. 43.

Hinc David in Psal. *Auribus percipe lacry-
mas meas, vel cum Hieron. ex Heb. Ne ob-
studeas ad lacrymam meam.* q. d. pra-
gustu lacrymarum solitus es exaudire pri-
mam, ne obsudeas ad eam, &c.

Item: *Confitebor tibi in nationibus, Do-
mine, & nomini tuo psalmum dicam.* Heb. Psal. 17.
Et nomini tuo lacrymabo; quasi apud Deum Hebr.
fit idem psallere, & flere. Idem dicebat *Lachrymans,*
Sponsa: *Tempus putationis advenit.* Alij: *& psallere*
Tempus cantationis, vel tempus plorationis apud Deum
advenit, quasi lacrymare, & canere, idè fit idem.
Lacrymae vinum Angelorum, Bibe Cant. 2.
aquas (ò anima) de quibus pueri mei bibunt Alij.
(favor.) Ruth. 4.

Impleto hydrias (oculos) aqua, que statim Ioan. 2.
in vinum conversa est, &c.

Ut

Luc. 7.
Chrysol.
ser. 93.

Ut conquerebatur de malo hospite!
Aquam pedibus meis non dedisti. Hanc ubertim Maria dedit, de qua Chrysol. Mirum! mutatur ordo rerum. Pluviam terræ cælum dat serpet: nunc rigat terra cælum. Sic aquæ, quæ super cælos sunt, laudant nomen Domini. Sol nimirum justitiæ imbrem lacrymarum attraxit, & à mari ipso Mariæ nubem elevavit. Vel idè ipsa cælum rigat, ut cælum fecundet, & gratias referat, quas & retulit: *Remittuntur tibi peccata tua, vade in pace.* O quanta vis in lacrymis! Subdit Chrysol. Rigant cælum, delent in omne facinus latam divinâ promulgatione sententiam. Et Ambros. Lacrymæ, tacitæ quodammodo preces sunt: veniam non postulant, & merentur; causam nõ dicunt, & misericordiam consequuntur. Nisi quoddam utiliores lacrymarum preces sunt; quàm sermonum: quia sermo in precando fortè fallit; lacryma omninò non fallit.

Lachrymarum vis.

Ambros. ser. 46.

De efficacia, & virtute orationis.
PUNCTUM II.

Job. 9.
Hieron.
Oratores pij orbem portant.

Sub quo curvantur, qui portant orbem. Quinam sunt, qui orbem portare dicuntur? D. Hieron. Hi, qui ante Deum per orationem curvantur, humerosque periclitanti mundo submitunt. An non Abraham suis humeris portabat orbem? an non justus Lot tandiu provinciam illam portavit, suisque humeris sustinuit? annon Moyses universum populû Israël? Fortis erat, & verâ fortitudine Abraham, inquit Rupert. quia fortissimum Dominum tenebat.

Rupert. Abb. in Gen. 18. Sap. 18.

Aaron proferens servitutis suæ scutum orationem, restitit iræ, & finem imposuit necessitati.

4. Reg. 2. Septuag. Hebr. Orans Elias pro integro exitu solus erat.

De Elia verba faciens Eliseus: *Pater mi, Pater mi,* inquit, *currus Israël, & auriga ejus.* Sept. *Currus Israël, & eques ejus.* Heb. *Currus Israël, & equites ejus,* hoc est, hic solus suâ oratione aedò fortis erat, ut pro exercitu integro valeret: quod & Chald. inveniunt.

A Preces tua curribus, & equitibus sunt validiores.

Chal. Isai 3.

Hinc Deus minatur: *Ecce dominator Dominus auferet à Jerusalem, & à Juda validum, & fortem, & prudentem eloquij mystici.* Sept. *Auferam Gigantem, & fortem, Sept. prudentem eloquij mystici.* Vatab. *Prudentem oratorem.* Validum, & fortem, Sept. Validum, & validam. Vatab. *Fulcientem virum, & fulcientem feminam.* Quid aliud ille, aut illa efficit suis precibus, quàm fulcire, humerum supponere, irascentemque Deum detinere?

B Non possum absque lacrymis, inquit Hieron. ep. 11. ep. 11. Hieronymus, Tolosæ facere mentionem, quæ ut hucusque non rueret, Sancti Episcopi Exuperii merita præstiterunt. Et alibi laudans Anastasium Papatam, indignam ait fuisse Romam, quæ eum diu haberet, ne (inquit) orbis caput sub tali Episcopo truncaretur: immò idcirco raptus, atque translatus est, ne semel latam sententiam precibus suis flectere conaretur.

Hieron. ep. 11. & ep. 16. Sanctorum merita, & preces suffulciunt orbem.

C *Dimitte me, ut irascatur furor meus.* Quis te detinet, Domine? quis te ligat? Chald. *Intermitte deprecationem, ut irascatur furor meus.* q. d. hæc mihi ligat manus.

Exod. 32. Chald. Oratio Moysis detinebat Deum.

Sic Hieronymus. Qui dixit: *Dimitte me,* ostendit se teneri posse, ne faciat, quod minatus est: Dei enim potentiam servi preces impediabant.

D *Et dixit, ne disperderet eos, si non Moyses electus ejus stetisset in confectione in conspectu ejus.* Hieron. *Nisi Moyses stetisset medius contra faciem ejus.* Chaldaeus: *Nisi Moyses surrexisset, & institisset orare in conspectu ejus.*

Psal. 105. Hieron. Chald.

In Num. Dominus objurgavit Aaronem, & sororem ejus, quod Moyse detraxissent. *Iuratusque protinus contra eos abiit.* At cur recessit? Quia volebat rogari super hoc, inquit Abulensis.

Num. 12. Abul. ibid. q. 51.

E Ad Jeremiam: *Ne obsistas mihi.* Alij: *Ne depreceris me.* Animadversurus in Achan, ad Josue inquit: *Surge, cur jaces pronus in terra?* Ad Samuelem: *Vsquequò tu lugens Saul?* quasi diceret: Jam vos tandem desinite orare, ut ego tandem in peccatores incipiam animadvertere. O vim, o vim orationis!

Jerem. 7. Josue 7. 1. Reg. 16.

De oculis, qui orationis, & contemplationis sunt symbolum, in Canticis: *R. Abul.*

Cant. 6. R. Abul. Ipsi